

*V tebe upam, Gospod; rekel sem:
Moj Bog si ti, v tvojih rokah so moji dnevi.
(Mdr 30,15-16, darovanjski spev)*

TRINAJSTA NEDELJA PO BINKOŠTIH

DOMINICA DECIMA TERTIA POST PENTECOSTEN



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



18. avgust 2024

INTROITUS

Ps 73, 20.19.23

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum,
et ánimas páuperum tuórum ne
derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et
iúdica causam tuam, et ne obliviscáris
voces quæréntium te.

Ps. it., 1

✠. Ut quid, Deus, reppulísti in finem: irátus
est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

✠. Glória Patri.

VSTOPNI SPEV

Ps 73, 20.19.23

Ozri se, Gospod, na svojo zavezo in svojih
siromakov ne pozabi na zmeraj. Vstani,
Gospod, razsodi svojo pravdo in ne pozabi
klicev teh, ki te iščejo.

✠. Zakaj si nas, Gospod, na zmeraj zavrgel?
Zakaj se je vnel tvoj srd nad ovčami tvoje
paše?

Ps it., 1

✠. Slava Očetu.

ORATIO

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis
fídei, spei et caritátis augméntum: et, ut
mereámur asséqui quod promíttis, fac nos
amáre quod prǎcipis.

Per Dominum.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

Vsemogočni, večni Bog, pomnoži v nas
vero, upanje in ljubezen in, da bomo
vredni doseči, kar obetaš, daj, da
vzljubimo, kar zapoveduješ.

Po Gospodu.

LECTIO

Gal. 3, 16-22

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad
Gálatas.

Fratres: Abrahæ dictæ sunt promissiones,
et sémini eius. Non dicit: Et semínibus,
quasi in multis; sed quasi in uno: Et
sémini tuo, qui est Christus. Hoc autem
dico: testaméntum confirmátum a Deo,
quæ post quadringéntos et trigínta annos
facta est lex, non írritum facit ad
evacuándam promissionem. Nam si ex
lege heréditas, iam non ex promissione.
Abrahæ autem per repromissionem
donávit Deus. Quid igitur lex? Propter
transgressionés pósita est, donec veníret
semen, cui promiserat, ordináta per
Angelos in manu mediátoris. Mediátor
autem unius non est: Deus autem unus
est. Lex ergo advérsus promíssa Dei? Absit.
Si enim data esset lex, quæ posset vivificáre,
vere ex lege esset iustítia. Sed conclúsit
Scriptúra ómnia sub peccáto, ut promíssio
ex fide Iesu Christi darétur credéntibus.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Pavla
Galačanom.

Bratje! Obljube so bile izrečene Abrahamu
in njegovemu potomcu. Ne pravi »in
potomcem«, kakor če bi šlo za mnoge,
temveč kakor za enega: in tvojemu
potomcu, ki je Kristus. Pravim pa tole: Če
je Bog prej naredil veljavno oporoko, je
postava, ki je nastala šele štiristo trideset let
pozneje, ne more razveljaviti tako, da bi
bila obljava neučinkovita. Kajti če
dediščina izvira iz postave, ni več iz
obljube; Bog pa je Abrahamu izkazal
milost prek obljube. Čemú torej postava?
Dodana je bila zaradi prestopkov, dokler
ne bi prišel potomec, kateremu je bila dana
obljava, razglašena pa je bila po angelih, s
pomočjo posrednika. Ne obstaja
posrednik enega, Bog pa je eden. Je torej
postava zoper Božje obljube? Nikakor ne!
Kajti opravičenje bi dejansko izviralo iz
postave, ko bi bila dana postava, ki bi
mogla dati življenje. Tako pa je Pismo vse
zaklenilo pod greh, da bi tisti, ki verujejo,
dobili obljabo iz vere v Jezusa Kristusa.

Gal 3, 16-22

GRADUALE

Ps. 73, 20-19

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum:
et ánimas páuperum tuórum ne
obliscáris in finem.

Ps. ibid., 22

Ÿ. Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam:
memor esto oppróbrii servórum tuórum.

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ps 89, 1

Ÿ. Dómine, refúgium factus es nobis a
generatióne et progénie.

Allelúia.

EVANGELIUM

Lc. 17, 11-19

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum
Lucam.

In illo témpore: Dum iret Iesus in Ierúsalem,
transibat per médiam Samaríam et Galiléam.
Et cum ingrederétur quoddam castéllum,
occurrerunt ei decem viri leprósi, qui
steterunt a longe; et levaverunt vocem
dicéntes: Iesu prǎceptor, miserére nostri.
Quos ut vidit, dixit: Ite, osténdite vos
sacerdótibus. Et factum est, dum irent,
mundáti sunt. Unus autem ex illis, ut vidit
quia mundátus est, regressus est, cum
magna voce magníficans Deum, et cecidit in
fáciem ante pedes eius, grátias agens: et hic
erat Samaritánus. Respóndens autem Iesus,
dixit: Nonne decem mundáti sunt? et
novem ubi sunt? Non est invéntus, qui
redíret et daret glóriam Deo, nisi hic
alienígena. Et ait illi: Surge, vade; quia fides
tua te salvum fecit.

OFFERTORIUM

Sap. 30, 15-16

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus
meus, in mánibus tuis témpora mea.

SECRETA

Propitiáre, Dómine, pópulo tuo,
propitiáre munéribus: ut, hac oblatióne
placátus, et indulgéntiam nobis tríbuas et
postuláta concedas.
Per Dóminum.

STOPNIŠKI SPEV

Ozri se, Gospod, na svojo zavezo in svojih
siromakov ne pozabi na zmeraj.

Ps 73,20-19

Ÿ. Vstani, Gospod, razsodi svojo pravdo,
spomni se sramotenja svojih služabnikov.

Ps it.,22

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

Ÿ. Gospod, pribežališče si nam od rodu do
rodu.

Ps 89,1

Aleluja.

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Luku.

Lk 17,11-19

Tisti čas, ko je potoval Jezus v Jeruzalem, je
šel skozi Samarijo in Galilejo. Ko je prispel
v neko vas, mu je prišlo naproti deset
gobavih mož. Od daleč so se ustavili in so
povzdignili glas ter rekli: »Jezus, Učenik,
usmili se nas!« Ko jih je zagledal, jim je
rekel: »Pojdite in se pokažite
duhovnikom!« In med potjo so bili
očiščeni. Ko je eden izmed njih videl, da je
bil ozdravljen, se je vrnil in z močnim
glasom slavil Boga. Padel je na obraz pred
njegove noge in se mu zahvaljeval; in ta je
bil Samarijan. Jezus pa je odgovoril in
rekel: »Mar ni bilo deset očiščenih? Kje pa
je onih devet? Ali se ni našel noben drug,
da bi se vrnil in počastil Boga, razen tega
tujca?« In rekel mu je: »Vstani in pojdi!
Tvoja vera te je rešila.«

DAROVANJSKI SPEV

V tebe upam, Gospod; rekel sem: Moj Bog
si ti, v tvojih rokah so moji dnevi.

Mdr 30,15-16

MOLITEV NAD DAROVI

Poglej milostno, Gospod, na sovje ljudstvo,
poglej milostno na darove, da nam
potolažen po tej daritvi podeliš oproščenje
in daš, kar te prosimo.
Po Gospodu.

PRÆFATIO

de sanctissima Trinitate

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℟. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séráphim: qui non cessant clamáre cotidie, una voce dicéntes: *Sanctus, sanctus, sanctus...*

COMMUNIO

Panem de cœlo dedísti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum et omnem sapórem suavitátis.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Sumptis, Dómine, cœléstibus sacraméntis: ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiámus augméntum. Per Dóminum.

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.

℟. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.

℟. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.

℟. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da se ti vedno in povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z edinorojenim Sinom in Svetim Duhom en Bog, en Gospod, ne v enoti osebe, ampak v Trojici ene narave; kar namreč po tvojem razodetju verujemo o tvoji slavi, prav to brez razlike mislimo o tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu, da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, v naravi edinst in v veličastvu enakost. Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč: *Svet, svet, svet...*

OBHAJILNI SPEV

Kruh iz nebes si nam, Gospod, podelil, ki ima vso sladkost in najprijetnejši okus.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Nebeške skrivnosti, ki smo jih prejeli, naj pospešijo v nas, prosimo, Gospod, rast večnega odrešenja. Po Gospodu.

*Sap. 16, 30**Mdr 16, 20*

Slika na naslovnici: Georg Balthasar Probst, (1732 - 1801), Jezus ozdravi deset gobavcev (*Jezus geneest tien melaatsen*), jedkanica
 Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO